Secundo quoddam exigit accusativum cum accusativus notat leucam vel tempus
ut iste ambulat miliare. et mansit [illegible] tres dies. et
cum notat causam. ut iste anhelat prima parte plura.
Solet enim accusativus adverbialiter positus sequi verbum ab-
solutum. ut iste vivit asinum. et asinine. Transi-
tivum enim verbum est illud quod eget adiunctione obliqui ad
perfectionem sui sensus ut amo. Verborum transitivorum aliud
activum aliud passivum. aliud neutrum. aliud commune. aliud deponens
Verbum activum exigit accusativum significantem actionem ut amo
fortem. Sunt autem quedam verba activa. que non possunt exi-
gere talem casum nisi addatur verbum infinitivum. ut dico
puto ut dico puto hominem legere. puto hominem dis-
putare. Item sunt quedam verba que exigunt duos diversos
obliquos ex diversis naturis. hec genera verba exigunt
accusativum et ablativum sive genitivum. ut emo vendo estimo
facio pingo dampno. reprehendo. et huius similia. ut
emo equum istum. c. solidos. vel. c. solidis. vel. c. solidorum.
Item ista verba exigunt accusativum et dativum ut do. compono
condico. propono. oppono. subicio. mitto et reddo
et huius similia. ut do tibi capam. Item calceo celo
rogo. doceo peto vestio cingo accusativos diversis
iungito. cuius istis addatur que sensibus conveniat. hec
Item ista verba exigunt accusativum et ablativum spolio privo
impleo vacuo honoro allevio. huius similia. ut
Verba passiva construuntur spolio te tunica.
cum ablativo mediante. a. vel ab. preposicione. vel cum dativo
loco eius posito ut iste amatur ab illo. vel illi. pro
ab illo. Construuntur tamen cum accusativo tribus modis. scilicet per
figuram que dicitur synodoche ut iste truncatur naves
et exemplum verbi subintellecti ut capre pascuntur silvas